

## 1381 desembre 7 i 8. Andorra la Vella

*Ramon de l'Areny, saig de les valls d'Andorra pel comte de Foix, en haver rebut una carta d'Arnau de Cos, veguer comtal, on se li requeria el compliment d'un manament del comte, mana a Ramon de Cadena, Guillem Ricard, Pere Bartomeu, Guillem de l'Anglada, Pere d'Aubinyà, Guillem Guitard, Pere Teixidor, Guillem Sabater, Pere Pellicer, Pere Afillat, Pere Rusca i Ramon de Pal que, en el termini de sis dies i com a representants de tots els homes de les parròquies andorranes, es presentin a Masseres, davant el procurador comtal, per respondre d'allò que s'havia fet a Pere de Bearn quan tornava d'Aragó.*

**O.** Andorra la Vella, ANA, ASC, perg. núm. 5.606. Al dors: «Manament que fa lo compte de Foix als habitants de Andorra [...] per algun cas [se ere] comès en la persona de Pere de Bearn quant venie d'Aragó, dirigida als says fassen [fer] lo manament e vinguen Maseras ab poder bastant» (segle XV); «Citation du comte de Foix a Maseres qu'il faiet aux habitans d'Andorre » (segle XVIII). «Nº 22 » (segle XVIII).

a. BAIGES; FAGES, *Diplomatari*, docs. 74, pàgs. 187-189.

Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod anno et die infrascriptis in mei, notarii, et testium infrascriptorum presentia, Iohannes Novelli, alias Quintal, de Ax, nuntius domini Arnaldi de Coscio, vicarii vallum Andore pro egregio et potente viro, domino nostro, domino Gastone, Dei gratia Fuxi comite, domino Bearni, vicecomite Marssani et Gavardani, existens et personaliter constitutus in loco de Andora Veteri, tradidit, exhibuit et presentavit Raimundo de l'Arenh, sagioni Vallium predictarum pro dicto domino nostro Fuxi comite, quasdam patentes et appertas literas in papiru scriptas, a dicto domino vicario emanatas suoque sigillo cera rubea at ergo ipsarum ut prima facie apparebant sigillatas, quarum tenor talis est:

«Arnaud de Cos, vegeur de las vals d'Andora per moser lo comte de Foys. A·n Ramon de l'Arenh, saig de las ditas Vals, salut. Las letras que abem receubudes de moser de Foys, am la reverència que abem pogut, són tals:

"Lo comte de Foys. Al nostre amat lo vegeur d'Andora o a son loctenenent. Volem e vos mandam que, vista la letra, mandetz dos homis de cade loc de las vals d'Andora, ab poder abastant de lors vesís, que tantost bienquan per devant nós per responer a nostre procurador sus lo bruit que hougan fen<sup>1</sup> contra Pere de Bearn quan vie d'Aragon. E gardatz que no y falhatz, en pene de mil franx. Dieus sia am vós.

Scriutas a Maseras, le XXIX jorn de novembre, l'an M CCC LXXXI".

Perquè per vertut e mandament de las ditas letras desús insertas vós, dit Ramon de l'Areny, mandam que, segon la tenor d'aquelas, fassatz e compliscatz de punt a punt, ayshí com veyretz en las ditas letras contenu. E ayssò en la pena que poyriatz mens fer en camoser de Foys. E d'aquesta presentació a vós feuta e del mandament que faretz als dits homes volem que fassatz retenir e recebre públix instrumés e cartas públicas en la pena desús dita, las quals nos trametatz grossadas per le portador de las presens. En tal guisa fazen que no y aja falha, car si no faziatz le mandament desús dit, nos non<sup>2</sup> tornariam sus vós e sus vostres bés.

Dade Ax, lo ters jorn de novembre<sup>3</sup>, l'an M CCC LXXXI.

Arnaud de Cos».

Requirens predictum sagionem quatenus, ex officio suo, contenta in suprascriptis literis completeretz<sup>4</sup> et exequeretur de puncto ad punctum, prout in eisdem continetur. Quibus quidem literis, sicut premitui<sup>5</sup>, presentatis et per dictum sagionem, cum illa quanta potuit et decuit reverencia et honore, receptis, obtulit se fore promptum et paratum contenta in preinsertis literis adimplere et exequacioni debite demandare, prout in eisdem lacius continetur. De quibus omnibus et singulis supradictis dictus Iohannes Novelli requisivit sibi retineri et fieri publicum instrumentum per me, notarium infrascriptum, quod et feci.

Actum fuit hoc in loco de Andora Veteri, die septima mensis desembris, anno a nativitate Domini M° CCC° LXXX<sup>mo</sup> primo, in presencia et testimonio Petri Seguini, clericu, habitatoris de Ax, Arnaldi Santza, Petri de la Serra, Bernardi Vilars, parrochie d'Andora, et plurium aliorum ibidem existencium.

Consequenter, anno quo supra, die octava mensis desembris, predictus Reimundus de l'Arenh, sagionus vallum Andore, mandatis in prescriptis literis contentis hoberdire volens, vigore ipsarum literarum precepit et mandavit Raimundo Cadena, iurato, et Guillelmo Ricardi, parrochie d'Encamp, Petro Bortholomey, iurato, et Guillelmo de l'Anglada, parrochie d'Andora Veteri, Petro d'Albinhà, iurato, et Guillelmo Guitardi, parrochie Beati Iuliani de Luria, Petro Textoris, iurato, et Guillelmo Sabbateri, parrochie de la Massana, Petro Pelicerii, iurato, et Petro Affilhati, parrochie de Ordino, Petro Rusca, iurato, et Raimundo de Pal, parrochie de Canylheu, quatenus infra sex dies post huiusmodi mandatum eis factum proxime computandos conparerent et personas suas representarent, cum potestate seu posse plenario aliorum hominum parrochiarum predictarum, in loco de Maseris et coram procuratore predicti domini mei Fuxi comitis,

contentis in prescriptis literis responsuri et alias facientes quod fuerit rationis, et hoc sub pena mille francorum auri venerabili curie vallium Andore danda et applicanda et de bonis contrafacentis vel venientis in premissis levanda et exhigenda. De quibus omnibus et singulis supradictis, predictus sagionus requisivit retineri et fieri publicum instrumentum per me, notarium infrascriptum, quod et feci.

Actum fuit hoc in loco predicto d'Andora Veteri, anno et die prescriptis, in presencia et testimonio Guillelmi del Capela, Guillelmi Gomarii, Petri Iohannis, parrochie d'Andora, Raimundi de l'Era, parrochie de Ordino, Guillelmi Rosselli, Iohannis Borelli et Guillelmi de l'Abela, parrochie de Canylheu. Et in tertia decima linea, a principio computanda, omisi scribere sub tali signo<sup>6</sup> *que faretz*.

Sig(*senyal*)num mei, Raimundi Helie, notarii publici vallis Andore pro dominis episcopo Urgellensi et comite Fuxi, qui hec scribi feci et clausi.

1. *En lloc de fet o feit.* — 2. *En lloc de nos.* — 3. *En lloc de desembre.* — 4. *En lloc de completeretur.* —
5. *En lloc de premititur.* — 6. *L'escrivà repeteix el signe que havia traçat a la tretzena línia per remetre a aquesta part del text, on escriu i esmena les paraules que faretz, que havia oblidat.*